(43)

CLEMENS PP. VII

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Tormenta bellica seu Artellarias cum barilibus pulueris ac pilis ferreis curribusque et rebus alijs necessarijs, quae per dilectos filios Rempublicam Lucensem dilecto filio nobili viro Duci Albaniae du=
dum commodata penes vos remanserant [illegible] ipsis Lucensibus ut a vobis reciperent permisimus, mandamusque vobis in virtute sanctae obedientiae ut illa omnia sicuti vobis consignata fuerunt praesentium latori a Lucensibus ipsis destina=
to consignetis, benigneque faueatis in ipsis per territorium vestrum conducendis, contrarijs non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die xxviij Julij M D XXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo:-

Be. Cl. Rauenn.

85

Mandatum Clementis VII vij civitati Aquependentis pro consignatione artillariarum ac barilis pulveris ac pilis ferreis curribus et rotis alijs bellicis Reipub.ce Lucensis quae commodaverat Duci Albanie et restituerat in terram Aquependentis

Dilectis filijs Prioribus et uniuersitati oppidi nri Aquependentis :~

ARCHIVIO STORICO ACQUAPENDENTE